



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

XVIII. An & quatenus testes singulares in crimine veneficii admittantur, &
quæ sit singularitas testium, & quæ non.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

QUÆSTIO XVIII,

An & quatenus testes singulares in crimine veneficii admittantur, & quæ sit singularitas testium, & quæ non?

UTile quæsitum hoc & necessarium est, quod breviter explicabo: vix autem operæ pretium esse existimo, Doctorum varias sententias referre, quæ hac in materia fidei, quam merentur testes singulares, occurrunt; legatur Anton. Gabriel. *lib. 1. tit. de testib conclus. 2.* & Mascard. *vol. 2. conclus. 856.* ad quos lectorem remitto. Hoc autem præmittendum & sciendum est, in quo omnes conveniunt, testem singularem dici duobus modis: *Primò* strictè, proprie ac absolutè, cum quoad eundem actum & personam nullus alius testis concurrat quoad effectum, substantiam & finem; utpote quia quod alii deponunt non subordinatur ad id quod alter deposuit, seu tendit ad alium effectum & finem. *Secundò* laxius & minus propriè & se.

168 *Qu. XVIII. An testes singul. admit.*
& secundum quid vocari singularem, quia
alii non conveniunt cum eo in quibusdā
circumstantiis, tamen conveniunt in sub-
stantia criminis & tendunt ad eundem
effectum & finem probandum. Exemplis
hoc postea illustrabimus.

Loquimur verò hic *de testibus secundi
generis* (nam quoad *primi generis* singulari-
tatem non video inter *Dd.* controversi,
Vide *Min sing. 3. obs. 76. Clar. §. fin. quest.*
53. n. 18.) & hoc quærimus, an in crimine
Magiæ & veneficii, aliisque exceptis, ad-
mittantur testes singulares in circumstā-
tiis, dummodo concordent in effectu, in
substantia & in fine, hoc est, in ipsa specie
certi criminis veluti Magiæ, veneficii &c.
& an eiusmodi testes singulares, quando
plures sint, faciant indicium ad tortu-
ram?

Latè & eleganter quæstionem hanc
pertractant *Dd. Patavini* apud *M. Ant.*
Peregrinum consil. 2. de Sagis. n. 54. & plu-
ribus seqq. ubi hoc modo distinguunt,
quod ubi agitur de probando uno parti-
culari actu, testes singulares discordantes
inter

inter se in circumstantiis, in loco, aut tempore, non sufficient, nec probent: quia de diversis actibus in effectu testificantur: optimus textus *in c. Nihilominus* §. q. 9. ubi Leo Papa ita sanxit: Nec eorū voces, tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diversitas simul interfuisse prohibuit: veluti si agatur de probando uno contractu, vel de uno homicidio, insultu, aut vulnere.

Attamen si agatur *de probando uno, quod ex pluribus & diversis actibus illud singulis de per se inferentibus resultat*, valet probatio per testes singulares, per singulos actus testificantes de illo, quia testes omnes in id, quod principale est, cōvenirent, quāvis per diversa media in eundem finem tendentia & tunc singularitas, *uti Doctores aiunt*, non est obstativa, sed cumulativa, & adminiculativa.

Exempla sunt, veluti si agatur *de probando quem esse hæreticum*, hoc quidem deducitur in probatione, esse autem hæreticum ex pluribus causis deduci potest, ideo si *unus testis* deposuerit inquisitum esse

170 *Qu. XVIII. An testes singul. admit.*
esse hæreticum, quia abnegavit Christi-
tum Deum esse, *alius* quia abnegaverit
Mariam Virginem; *tertius*, quia negave-
rit Sacramenta Ecclesiæ, testes quidem
licet de diversis mediis dixerint, quia ta-
men media ista singula de per se inferunt
hæresin, ideo probant illum esse hæreti-
cum, quamvis per diversa in facto media
sic cognoverint, & perceperint: Sic et-
iam si agatur de probando, quem habere
jurisdictionem, seu esse in possessione ju-
ris dicendi in aliquo loco, aut juris deci-
mandi, & testes dicant illum esse in pos-
sessione, & in hoc omnes concordent,
quamvis causam scientiæ reddiderint per
diversa media in facto singula de per se
inferentia possessionem, quia actus pos-
sessorii fuerint diversi, probant tamen.
Et sic quoque si agatur *de probando conspira-
tionem in principem, aut quem esse furiosum &
mente captum*, & testes in hoc principali
proposito conveniant, quamvis per di-
versa media, id tamen de per se inferen-
tia probant.

Quare hinc talis conclusio firmari potest;
test;

testes; quod in factis & delictis reiterabili-
bus testes singulares deponentes de di-
versis actibus, singulis de per se inferenti-
bus crimen, & factum illud, de quo agi-
tur, veluti si agatur de probanda hæresi,
Magia, læsa Majestate de jurisdictione,
de possessione, de fatuitate & huiusmodi,
testes singulares probant, & ideo non
sunt repellendi prætextu singularitatis
istius *improprie*; Hoc in criminibus exce-
ptis & atrocissimis voluntas statuunt Dos-
ctores plurimi latissimè Riminal. junior.
cons. 7. per totū. Zasius. cons. 11. n. 15. l. 2. Boss.
tit. de crim. læsa Maj. n. 117. Cravet. cons. 73.
n. 32. & cons. 78. n. 6. & cons. 267. n. 3. & de anti-
q. temp. in 4. part. n. 157. & Bertaz. cons. 20.
n. 16. ubi id generaliter in actibus reitera-
bilibus affirmat: plures Doctores citant
M. Anton. Peregrin. d. consil. 2. num. 57. &
Delrio lib. 5. append. 2. quest. 10. §. de testibus
verò secundi generis.

Prout verò isti testes singulares sunt
vel integræ famæ ac fidei homines & ita
omni exceptione maiores, vel non inte-
græ personæ & inhabiles, quia infames &

com-

172 *Qu. XVIII. An testes singul. admitt.*
complices, ita ē ad diversum effectum
probant, & quidem testes illi bonæ famæ
& homines integri si plures sint, sufficiēt
pro motu iudicis *ad condemnationem*, quo-
ad poenam saltem *extraordinariam*, ut be-
nè Covarr. *lib. 3. resolut. c. 3. n. 3.* & ex ipso
Delrio. *d. quest. 10.* Confer eleganter M.
Anton. Peregrinum *præcitato loco n. 58. &*
seqq. quantò magis igitur eiusmodi testes
impropriè singulares sufficiēt *ad tortu-*
ram? Verum si hi testes patiantur defe-
ctus in personis suis attamen contra reū
in istis reiterabilib. plures eorum testifi-
carentur, possent fidem facere *ad torturā*
in exceptis, sicuti tradit in terminis Mas-
cardus. *vol. 2. concl. 856. de probat.* Binsfeld.
membr. 2. concl. 6. dub. 1. & ex ipsis Delrio.
d. q. 10. in fine. dummodo tamen, *quod dili-*
genter notandum, testes isti deponant de
indiciis eiusmodi, quæ sint facti *propinqua*
& non remota ab ipso facto, namq; inha-
biles testes & repullati ad probandum *in-*
dicia remota à facto nō sunt idonei ad effe-
ctum torturæ. Ita post alios Farinac. *quest.*
crim. 37. n. 18. & 19. & quest. 56. n. 73. & seq.
ele.

eleganter Peregrin. d. consil. 2. n. 62. & 63
Et potest ex regula, quam ex Doctoribus
Patavinis tradidi in quest. preced. 8. vers.
Quare hæc regula diligenter tenenda: huius
rei desumi ratio: Nimirum, ubi testes in-
tegrī sufficiunt ad condemnationem, ibi
inhabiles & repullati solent sufficere ad
torturam.

Concludo igitur, ex prædictis rectè
inferri, ob wolt in deren indicien quæ in hoc
Magiæ crimine allegari solent, offit etliche
vor sich selbstē disiunctim, & separatim
schwach sein; doch dadurch bestercket/das sie
sub uno veneficiorum, leu maleficiorum
genere, plures quidem, atq; diversæ; sed
in unum crimen cadentes species besun-
den werden: vnd also coniunctim, & cumu-
latim nicht allein urgentissimas maleficii
præsumptiones verursachen/ Namq; , Et
quæ non profunt singula, multa juvant.
Sondern auch dieselbige/ die singularita-
tem, & unitatem, ut ita dicam, testium
solvieren thun/casu quo die Gezeugen jeder
insonderheit von keinen andern verdächtis-
gen Dingen reden/ als welche Zauberrey ob
S sich

sich tragen: Derowegen juxta superius tradita auch nicht uniei, & singulares genennet werden mögen; In deme sie gleichwoln von unterschiedlichen zauberischen actibus; aber von einerley Zauberey deponiren, welche vnserer Zeitē sehr im schwang gehet/ vnd die Zauberinnen/ ihrer selbst manigfaltigen Vhrgichten nach/ in Gebrauch/ vnd Vbunge zu haben pflegen; Als da seind/ den Kindern Gefahr zu sein/ die Menschen/ vnd Viehe zu Lamen/ vnd offtermals zu Todten; denselbigen Giffe bey zubringen/ vnd zu vergeben; den Kühen die Milch zunehmen; in die Ställ/ vnd vnter die Herde/ auff die Wende zulauffen; etwas zu vergraben vnd Beschwerungen zu gebrauchen: vnd was des Zauberwercks mehr ist/ vnd sein mag.

Sondern dieses ist vor ein singularitas testium zurechnen: da ein Gezeug saget/ jemandt seye der Zauberey beschreit/ oder habe dieses/ oder jenes gethan/ so Zauberey ob sich tragt: Ein anderer Gezeuge deponirt, diese bige Person seye Schwanger gegangen/ vnd im Veruff/ sie habe das Kind ges

todtet

lobdiel: Der dritte Gezeug aber redet von Verdacht eines Diebstals / den sie begangen haben solle: Andere mehr Gezeugen von andern mehr Wissethaten: vnnnd also jeder Gezeuge von einer besondern Vbelthat Zeugnuß gibt / auff solche attestationses, so ob dem Verdacht / vnd Argwohln allein beruhen / ist nit zugehen / weiln sie *revera singularis & unica* sind.

Noch mehr zu erklären / da ein Weibs Persohn ein Junges Kind in der Wiegen anhauchete / betassete / vnnnd etwann darzu murmelte: das Kind darüber bald erkrankete / vnd stürbe: Darvon ein Gezeug deponiren thete. Item dieselbige Persohn hette einem / gewisser Ursachen halber / einen Betranck / oder Geföchts zugebracht: Vnd derselbige darauff so bald erlahmet / erkunnet / daß er Giffte bey sich habe beklaget / die Person / so es ihme gegeben / dessen beschuldiget / vnd darauff verstorben were: Darvon auch nurret ein Gezeuge aussagte. Item / sie habe einen stecken in die Milch vnd Butter gestossen / hette sich die Butter Augenscheinlich verlohren / vnnnd were den

Rühen die Milch genossen gewesen: Darv
 von gleichfals ein Gezeuge bezeugete. Item
 man habe sie auff dem Felde gesehen/das sie
 etwas vergraben/oder sonderliche Geberdel
 vnd Wesen getrieben / vnd seye gleich dar-
 auff ein schreckliches Wetter / Hagel / vnd
 Schawer erfolget: darvon auch nurrende
 ein Gezeuge außzusagen wuste/re.

Diese vnd dergleichen singularium te-
 stium singularia testimonia seindt nit al-
 lein nicht / quo ad finem & effectum pro-
 bationis vor singularia zuachten: Sondern
 auß abgehörten Ursachen / darfür anzunes-
 men / weiln sie vnter einerley Art der Mis-
 sethat vber einkommen / vnd begriffen wer-
 den: das sie deswegen / vnnnd jede vor sich
 selbstn der Würcklichkeit seyen / das sie
 redtliche / gnungsame Vermuthungen/
 glaubwürdigen Verdachts machen/welche
 zur peinlicher Fragen gnugsam: Argu-
 mento sumpto ex artic. 27. & 28. con-
 stit. Criminal. Atque ex hilce latis ap-
 paret, quando in exceptis criminibus
 singularitas testium salvetur? & singula-
 ritas testium quæ? & quæ non sit?

QUÆ.